



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Io. Baptistæ Portæ Neapolitani Magiæ Naturalis Libri
Viginti**

Della Porta, Giambattista

Frankfurt, 1607

De soporiferis medicamentis. Cap. I

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70772)

VT ordinatè, quæ diximus, describamus experientia à morbis, qui capiti occurrunt, incipere constituimus, & primò à somno: nam satis anxie inter arcana hypnotica secreta requiruntur, maxime apud Medicos sunt existimationis, ludificando per somnum aliquorum dolores. Nec minus apud Duces, & Imperatores militum, quum hostibus stratagemata moliuntur. Soporifera hæc medicamenta, & maxime frigidis, & humidis constant. Plutarchus in Symposiacis somnum à frigiditate fieri dicit, & ob id hypnotica pharmaca plurimam habere vim *ψυκτικῆς*. Docceamus primò

Mandragora somnum inducere.

Dioscorides eos homines protinus dormituros eo habitu dicit, quo mandragoram hauserunt, ereptis omnibus sensibus in ternas, quaterhasque, à quo potionati sunt, horas, & hac uti Medicos quum vrere, aut fecare quem volunt. Et mandragoram pro dunt viro periti vitibus adnatam, transmittere in illas potestatem somnificam, ut vinum ex eis bibentes facilius, procliviusque, in soporem collabantur. Hic mandragoræ historias relatu non iniucundas referemus ex authoribus stratagematum. Iulius Frontinus refert: Annibal missus à Carthaginensibus aduersus rebellantes Afros, quum sciret gentem esse avidam vini, magnum eis modum mandragoræ permiscuit, cuius inter venenum & soporem media vis est, tunc prælio leui commisso, ex industria cessit, nocte deinde intèpesta, relictis intra castra quibusdam sarcinis, & omni vino infecto fugam simulavit, quumque Barbari occupatis castris in gaudium effusi medicatum merum avidè haussissent, ac in defunctorum modum strati iacerent, reuersus cepit eos, ac trucidavit. Polyænus idem. Et Cæsar versus Nicomediam nauigans iuxta Maleam à latronibus Cilicibus captus est, qui quum magnam mercedem pro eius liberatione peterent, ille duplicem summam promisit. Appulerunt ad Miletum, homines extra mœnia accurrebant. Cæsar Epicratem

Mile-

Milesium seruum mittit ad Milesios, rogans, vt sibi pecunias mutuo darent, qui eas confestim miserunt. Epocrates mandatum habens à Cæsare, vt cum pecunijs magnum conuiuij apparatus, & hydriam plenam ensibus, vinumq; mandragoræ mistum Cæsar duplicatam latronibus pecuniæ summam numerauit, eisq; conuiuium apposuit: illi exultantes pecuniarum multitudine largitei genio indulgebant, & vinum infectum bibentes, in soporem incidebant. Cæsar dormientes interficere iussit, statimq; pecunias Milesijs reddidit. Demosthenes demonstrare volens, quod, qui velut aspides somniculosa est, minus desides sunt, ac quodammodo à sensu distit, vt excitari non queant, ait consimiles hominibus videntur, qui mandragoram biberint Plinius folia olfactu somnum afferre dixit. Possunus idem

Somnificum medicamentum ex solano

conficere, nam hypnoticon ob effectum cognominat, cuius cortex in vino porus drachmæ pondere somnificam vim obinet, sed bladam & mitem Solanum vero manicum ignorate videtur tetens ætas, quippe in eius descriptione Dioscorides sibi constare non videtur: sed meo iudicio (vt alibi diximus) duas eo loco plantas describit stramonium Fuchsi, & herbam vulgo vocatam *bella donna*, quarum vires miæ somnifica sunt: nam & aquas sine odore, & sapore conficiunt, somnum inducentes, vt dolus dege nequeat, nam parua ex eo quantitas exhiberi debet: quum ego aquam modo quodam paraffem, & amico imposuiffem in quibusdam vltibus non nisi drachmam exhiberet, ille vnciam propinauit, iacuit potui quatuor die sine cibo, & motu, vt ab omnibus mortuus iudicaretur, nec vllis conatibus expergisci poterat, digestis vaporibus expectatus est, etsi mortem ex immodico vsu Dioscorides minetur: Modum iniquis celamus, probis apparet. Fit quoque

Somniferum ex papauere,

Ex eo eclegma fit soporiferum. Inciduntur capita decussando tenui manus libramento, ne penetret intus

plaga, erumpentem lachrimam subiectus unguis in my-
tulam corruet, & digressi haud multo post redeunt,
quod fluxit è vulnere coalitum inuenturi. Sed Thebi-
cum optimum. Idem de hyoscyamo dicendum, & de
cicuta. Et his omnibus possumus

Pomum somnificum conficere.

Constat enim opio, mandragora, cicute succo, hyoscy-
ami seminibus, hisq; moschum additur, vt odore ille-
gitolitem feriat, in pilam conglobato, quantum pugno
quis comprehendat, hoc sæpius adorando lumina fo-
mno demulcet, ac ligat. Tandem mirus tradetur

*Modus, quo quis dormiens soporiferum medi-
camentum hauriat.*

Sed que diximus facile quis cognoscer post somnum le-
à medicamēto malè mulctatum, & secum suspicionem
afferunt. Sed ex quampluribus dictorum quinta essentia
extrahitur somniferis menstruis: hoc plumbeis va-
sculis clauditur, sed optimè operculatis, ne minimam
auram expirent, nam euanesceret medicamentū. Ven-
di tempore amoto operculo, dormienti naribus admo-
uetur, subtilissimamq; vim halitus haurit olfactu, itaq;
sensus arcem obsidet, vt profundissimo demergatur
somnia, non nisi maximo conatu experrecturus. Post
somnia nulla capitis grauedo remanet, nec doli suspi-
cio. Hæc solerti Medico clara sunt, impio obscura.

Quomodo homines per diem dementari possint.

C A P. II.

POST soporifera medicamenta dicemus, quæ ho-
mines mente alienatos reddat, cognata res: eadem
enim plantæ, quæ somnum inducunt, si paulò plus pro-
pinentur, dementant, sed non quæ id perpetuo operen-
tur, docebimus, sed quæ nos iucundo spectaculo per di-
em demulceri possint, & post ludum nulla remanet no-
xa, & incipiemus à

*Mandragora mentem alienare
quomodo possit. Diximus ex parua sopor, & plusculo
infania,*

ultra.